

TABULA III.

Alias proponit renum figuras cum multiplicibus emulgentium, & ureterum insertionibus.

FIGURA PRIMA.

In prima Figura dexter ren minor est, & elatior ; sinister multò major, & humilior ; praesertim in infima sede : nam in suprema ambo parum differunt.

Vena cava, 2. 16. & 14. 16.

Arteria magna, 2. 19 & 14. 19.

Vena emulgens dextra in tres ramos divisa, 5. 14.

Vena emulgens alia, duobus digitis sub praedicta originem sumens ; quae venam seminariam dextram producit, 8. ½ 13.

Vena seminaria dextra, 9, 14.

Vena alia, duobus digitis supra magnam cavae venae in lumbo divisionem principium ducens, inseritur in humiliorem partem renis simul cum arteria, quae ipsam comitatur, 12. 15.

Arteria emulgens dextra, simul cum prima emulgente vena procedens ; in duos inaequales ramos divisa, 4. 14.

Arteria alia à trunco dextro magnae divisionis in lumbo, 13. 15.

Dextrum vas urinarium, quod simam partem renis usque ad ejus summitatem perreptat, 7. 11.

Vena emulgens sinistra, è regione dextrae ortum ducens ; simul cum arteria in tres ramos dividitur ; nullamque seminariam venam producit, 6. 20.

Vena seminaria sinistra à cava enata, 7. 17.

Arteriae seminae, 7. ½ 18. ½ & 7. ½ 19. ½

Inferior arteria mesenterii, 9. ½ 19.

Interdum rene existente satis magno, ut hic sinister apparet, tres in eo sunt cavitates, in quas urina colatur ; una in ejus summitate, non

LA PLANCHE III

propose d'autres figures de reins avec plusieurs modes d'insertions des veines émulgentes et des uretères.

FIGURE UN.

Sur la première figure le rein droit est plus petit, et plus haut ; le gauche est beaucoup plus grand, et plus bas : surtout dans sa partie la plus basse : en effet dans la partie plus haute les deux diffèrent peu.

Veine cave, (2.16) et (14.16).

Grande artère, (2.19) et (14.19).

Veine émulgente droite divisée en trois branches, (5.14).

Autre veine émulgente, prenant son origine deux doigts en-dessous de celle nommée précédemment ; elle produit la veine séminaire droite, (8½.13).

Veine séminaire droite, (9.14).

Une autre veine, commençant à deux doigts au-dessus de la grande division de la veine cave au niveau des lombaires, s'insère dans la partie la plus basse du rein en même temps que l'artère, qui accompagne cette même veine, (12.15).

Artère émulgente droite, se prolongeant en même temps que la première veine émulgente ; elle est divisée en deux branches inégales, (4.14).

Autre artère à partir du tronc droit de la grande division au niveau des lombaires, (13.15).

Canal urinaire droit, qui rampe le long de la partie aplatie du rein jusqu'à son sommet, (7.11).

La veine émulgente gauche, naissant au même niveau que la droite, se divise en trois branches en même temps que l'artère, et ne produit aucune veine séminaire (6.20).

Veine séminaire gauche née à partir de la veine cave, (7.17).

Artères séminaires, (7½.8½) et (7½.19½).

Artère inférieure du mesentère, (9½.19).

Parfois, quand le rein s'avère assez gros, comme l'est ici le gauche, il présente trois cavités, dans lesquelles l'urine est filtrée ; l'une en son sommet, pas très grande ; la deuxième en son milieu, trois fois plus grande que la

admodum magna ; altera in medio, praedictâ triplo major ; tertia in infima ipsius sede : & à qualibet earum unus oritur meatus urinarius.

Primus meatus urinarius à prima cavitate ortus ; qui deorsum tendens usque ad magnam arteriae divisionem in lumbo, conjungitur cum aliis duobus meatibus, 5. ½ 22. ½ & 10. 21.

Secundus ramus urinarius ortus à media cavitate ; qui deorsum oblique fertur, ferè usque ad humiliorem sedem renis, 10. 23.

Tertius meatus amplius est ; & ab ultima cavitate tribus principiis ortum ducit : hic parumper deorsum productus, angustior redditur ; & primum cum secundo meatu coit, ac unus cum eo efficitur : deindè cum primo unitus, cum eo unum vas urinarium efformat, 11. ½ 23.

première ; la troisième dans sa partie la plus basse : et de chacune d'elles naît un conduit urinaire.

Premier conduit urinaire, né de la première cavité ; s'étendant vers le bas jusqu'à la grande division de l'artère dans la région des lombaires, il rejoint les deux autres conduits, (5½.22½) et (10.21).

Second conduit urinaire né de la cavité du milieu ; il se porte obliquement vers le bas, presque jusqu'à la partie la plus basse du rein (10.23).

Le troisième conduit est large et naît de la dernière cavité par trois embouchures : là, après s'être avancé un moment vers le bas, il devient plus étroit, s'unit d'abord au deuxième conduit et n'en forme plus qu'un avec lui ; ensuite, après s'être uni au premier, il forme avec celui-ci un seul canal urinaire (11½.23).




FIGURA SECUNDA.

FIGURE DEUX

In secunda Figura ren dexter elatior est sinistro.

Vena cava, 20. 16. & 30. 17.

Arteria magna, 20. 19. & 31. 19.

Vena emulgens dextra, multò altiùs orta, quàm sinistra ; simul cum arteria in tres ramos aequales divisa : qui aequè distantes inseruntur supra renis medium, 21. ½ 14.

Vena seminaria dextra, 25. 16.

Vena alia emulgens, procedens à cava sub ortu venae seminariae dextrae, quae transversa ducitur ; & in renem inseritur sub ejus medium, 25. ½ 15.

Duae aliae arteriae, ultra consuetam, cum prima vena emulgente procedentem ; ad renem dextrum tendunt, 24. 15. & 26. 15.

Prima harum duarum arteria oritur supra arterias seminarias ; & transversa supra cavam venam procedens, inseritur prope humiliorem ramum primae venae emulgentis, 24. 17.

Secunda arteria oritur sub arteriis seminariis ; & unà cum secunda vena ad renes progreditur ; ac in eos inseritur, 26. 17.

Vas urinarium dextrum, 27. 13.

Vena emulgens sinistra ; major, & humiliùs orta, quàm dextra ; ubi arteriam magnam praeteriit, in duos ramos partitur, & singuli rursus in alios dividuntur. Altera portio primi rami inseritur in glandulam reni sinistro incumbentem, & ipsam perforat ; altera in anteriorem renis partem supra ejus medium dispergitur. Secundus ramus primùm gignit venam seminariam : deinde bipartitus, altera parte sursum fertur ; & inseritur in renem supra infimam partem primi rami : altera inseritur in eundem renem sub ejus medium, 23. 19.

Vena seminaria sinistra, 25. 20. ½

Alia vena sinistra ad renem sursum obliquè tendens ; oritur à sinistro trunco magnae divisionis venae cavae in lumbo ; & inseritur in infimam sedem renis, 33. 19 & 31. 21

Arteria sinistra emulgens ; quae in duas partes dividitur, quarum una fertur, & inseritur simul cum infima portione primi rami venae emulgentis : altera cum secunda parte secundi ejusdem venae rami, 22. 20

Sur la seconde figure le rein droit est plus haut que le gauche.

Veine cave, (20.16) et (30.17).

Grande artère, (20.19) et (31.19).

Veine émulgente droite, née beaucoup plus haut que la gauche, divisée en même temps que l'artère en trois branches égales qui, équidistantes, s'insèrent au-dessus du milieu du rein, (21½.14).

Veine séminaire droite, (25.16).

Autre veine émulgente, se prolongeant à partir de la veine cave en dessous de la naissance de la veine séminaire droite ; elle va à l'horizontale et s'insère dans le rein en dessous de son centre. (25½.15).

Deux autres artères – en plus de l'artère habituelle qui se prolonge avec la première veine émulgente – s'étendent vers le rein droit, (24.15) et (26.15).

La première de ces deux artères naît au-dessus des artères séminaires et, se prolongeant à l'horizontale par-dessus la veine cave, s'insère près de la branche plus basse de la veine émulgente, (24.17).

La seconde artère naît en dessous les artères séminaires, s'avance vers les reins en même temps que la seconde veine et s'insère dans ceux-ci, (26.17).

Canal urinaire droit, (27.13).

La veine émulgente gauche, plus large et née plus bas que la droite, se sépare en deux branches, là-où elle passe devant la grande artère, et chacune se divise à son tour en d'autres branches. La première portion de la première branche s'insère dans la glande s'appuyant sur le rein gauche et la perce ; la seconde se prolonge jusqu'à la partie avant du rein, au-dessus de son centre. La deuxième branche engendre d'abord la veine séminaire, puis, séparée en deux parties, se porte, pour la première, vers le haut et s'insère dans le rein au-dessus de la partie la plus basse de la première branche ; la seconde s'insère dans ce même rein en dessous de son centre, (23.19).

Veine séminaire gauche, (25.20 ½).

Une autre veine gauche qui s'étend vers le haut en oblique jusqu'au rein, naît du tronc gauche de la grande division de la veine cave au niveau des lombaires, et s'insère sur la partie la plus basse du rein (33,19) et (31,21).

Artère émulgente gauche, qui se divise en deux parties, dont l'une se porte et s'insère en même temps que la portion la plus basse de la première branche de la veine émulgente : l'autre avec la seconde partie de la seconde branche de cette même veine, (22.20).

TAB. ANATOM. EUSTACHII

TABULA TERTIA : FIGURAE I ET II

<p>Alia arteria simul cum secunda vena sinistra deducta ; ortum ducens à sinistro trunco magnae divisionis in lumbo, 30. 21 Arteriae seminariae, 25. 18 et 25. 19 ½. Vas urinarium sinistrum instar oblongae vesicae satis dilatatum, in anteriori sede renis obliquè positum ; in quod plures ex rene feruntur meatus, multis interdum arenulis pleni, 27. 24</p>	<p>Autre artère, qui a suivi le même chemin que la seconde veine gauche, naissant du tronc gauche de la grande division au niveau des lombaires, (30.21). Artères séminaires, (25.18) et (25.19½). Canal urinaire gauche assez dilaté à la manière d'une vessie oblongue, situé en oblique sur la partie avant du rein ; plusieurs conduits, issus du rein, parfois pleins d'un grand nombre de grains de sable, se portent vers ce canal, (27.24).</p>
--	---

(Traduction latinistes de terminale du Lycée Saint-Joseph de Lamballe, 22. Prof. : Élodie Barbier)